AM. Naturalmente le allodole, che avevi portato e volevi donare alla brigata.

LIV. Mangia le ova sode: ormai le allodole sono sepolte.

FIL. Camerieri, portate un altro bicchiere: Livia non può bere, perchè il suo bicchiere lo ha rotto.

LIV. Io non l'ho rotto: il bicchiere aveva già una fenditura.

LU. Alzate i bicchieri, e brindiamo alla nostra salute e alla nostra fortuna.

TUTTI. Viva! viva noi, felicità a tutti.

LIV. Il fonografo suona. Balliamo!

CAES. Tu non es?

LIV. Quid dicis?

LIV. Tu non edis?

LIV. *Iam edi duas alaudas...*

AM. *Scilicet alaudas, quas tuleras et volebas donare societati.*

LIV. *Tu es ova dura: alaudae iam perierunt.*

PHIL. *Pueri, ferte aliud poculum: Livia nequit bibere, quia suum rupit.*

LIV. *Ego non rupi: poculum iam fissum erat.*

LU. *Tollite pocula: propinemus invicem salutem et fortunam.*

OMNES. *Io! bene nobis, bene omnibus.*

LIV. *Phonographus sonat. Saltemus.*

13.

UNO SCOLARO CINESE

(VERBI DIFETTIVI)

DISCEPOLO CINESE. Riverisco, sig. professore.

DISCIPULUS SINENSIS. *Salve, domine professor.*

PROFESSORE. Buon giorno. Chi sei, che parli latino, e donde vieni?

D. CIN. Professore, abbiate pazienza, non so parlare in italiano. Sono un nuovo scolaro, di nome Ciankai, cinese. Il preside mi ha ordinato di venire in questa classe. Ecco, se volete, il biglietto.

PROF. Il tuo nome è già riportato nel registro. Siedi in quel banco a sinistra, accanto a Claudio Cavina. E tu, Cavina, ricordati di essere buon vicino. Parleremo in latino molto volentieri, e tu, Ciankai, potrai usare sempre la lingua latina. Non capisci l'Italiano?

D. CIN. Un po', dico, capisco chi parla in italiano; ma ancora non so usare questa lingua.

PROF. Io sono veramente contento. Così anche gli altri scolari si eserciteranno più facilmente nella lingua latina. Che cosa sai di grammatica?

D. CIN. Tutte le coniugazioni sino all'avverbio.

PROF. Quante sono le coniugazioni latine?

MAGISTER. *Salve et tu. Quis es, qui loqueris Latine, et unde venis?*

D. S. *Professor, quaeso, nescio loqui Italice. Sum novus discipulus, nomine Ciankai, Sinensis. Rector iussit me venire in hanc classem. Accipe, sis, tesseram.*

M. *Nomen tuum in tabulas iam relatum est. Asside in illo scamno ad sinistram prope Claudium Cavinam. Tu autem, Cavina, memento ut sis bonus vicinus. Loquemur Latine libentissime, ac tu, Ciankai, poteris semper uti sermone Latino. Italicum non intellegis?*

D. S. *Paululum, inquam, intellego loquentem Italice, sed nondum scio hac lingua loqui.*

M. *Ego quidem contentus sum. Ita etiam ceteri discipuli facilius exercebuntur in lingua Latina. Quid novisti grammaticae?*

D. S. *Omnes coniugationes usque ad adverbium.*

M. *Quot sunt coniugationes in oratione Latina?*

D. CIN. Le coniugazioni del verbo latino sono quattro, e si distinguono dalle desinenze dell'infinito, che sono *are* per la prima coniugazione, *ere* (come *monere*) per la seconda, *ere* (come *credere*) per la terza, *ire* per la quarta.

PROF. In che modo il verbo attivo si rende passivo? Che dici, Cavina? Rispondi tu.

C. Mutando le desinenze per i tempi semplici e con l'aiuto del verbo « essere » per i tempi composti.

PROF. Porta un esempio.

C. *Amo* io amo, *amatus sum*, io sono amato, *amatus sum*, io fui o sono stato amato ecc.

PROF. Quali verbi si chiamano deponenti?

C. Si chiamano deponenti i verbi che hanno forma passiva e significato attivo, come *hortor* io esorto, *fari* parlare ecc.

PROF. Che cos'è, o Ciankai, codesto libro, che mostri ai compagni? Dallo a me.

D. S. *Coniugationes verbi Latini sunt quattuor, et ex terminationibus modi infinitivi distinguuntur, quae sunt are pro prima coniugatione, ere (ut monere) pro secunda, ere (ut credere) pro tertia, ire pro quarta.*

M. *Quomodo verbum activum redditur passivum? Quid ais, Cavina? Responde tu.*

C. *Mutando terminationes pro temporibus simplicibus, auxilio verbi esse pro temporibus compositis.*

M. *Affer exemplum.*

C. *Amo* io amo, *amatus sum* io sono amato, *amatus sum* io fui o sono stato amato etc.

M. *Quae verba vocantur deponentia?*

C. *Deponentia appellantur verba, quae habent figuram passivam, significationem vero activam, ut hortor io esorto, fari, parlare etc.*

M. *Quid est, Ciankai, iste liber, quem ostendis condiscipulis. Cedo mihi.*

D. CIN. È un libro sull'arte del volo, stampato in caratteri cinesi.

PROF. Vuoi imparare anche a volare?

D. CIN. Vorrei, se potrò.

PROF. Quando si cominciò a volare in Cina?

D. CIN. In Cina si cominciò a volare cogli aeroplani militari circa dodici anni fa.

D. S. *Est liber de arte volandi, litteris Sinensibus editus.*

M. *Vis etiam discere volare?*

D. S. *Velim, si potero.*

M. *Quando volari coeptum est in Sinis?*

D. S. *In Sinis volari coeptum est aëroplanis militibus abhinc circiter duodecim annos.*

14.

DOMANDE E RISPOSTE SUGLI AVVERBI E LE PREPOSIZIONI

PROFESSORE. Ricordatevi dunque che quattro sono le parti invariabili del discorso, l'avverbio, la preposizione, la congiunzione e l'interiezione. Già abbiamo spiegato tutte queste cose; voi dovete saperle. Dimmi, Tito, quali sono gli avverbi di tempo.

T. Gli avverbi di tempo sono quelli che significano tempo, e rispondono alla domanda *quando*, come *oggi*, *ieri*, *domani*, *di giorno*, *di notte*, *sempre*, *una volta ecc.*

MAGISTER. *Mementote igitur quattuor esse partes indeclinabiles orationis, adverbium, praepositionem, conjunctionem, interiectionem. Iam haec omnia explanavimus; vos didicisse debetis. Dic mihi, Tite, quae sint adverbia temporis.*

T. *Adverbia temporis sunt quae tempus significant, et respondent interrogationi quando, ut hodie, heri, cras, interdiu, noctu, semper, olim etc.*

PROF. Quali sono gli avverbi di negazione?

T. *Non, neppure*, ossia quelli che negano il predicato.

PROF. E gli avverbi di modo quali sono? Risponda Primo.

P. Gli avverbi di modo sono quelli che rispondono alla domanda *come, in che modo?* Cioè: *così, come, spontaneamente, fortemente* ecc. e tutti gli avverbi che si formano dagli aggettivi, per es. *bene, male, dottamente, elegantemente*.

PROF. In che modo si formano gli avverbi dagli aggettivi, e quali sono i loro gradi di paragone?

P. Gli avverbi si formano dagli aggettivi cambiando l'uscita del genitivo sing. con la terminazione e per gli aggettivi della seconda declinazione e con la terminazione *ter* per gli aggettivi della terza. Il comparativo dell'avverbio è uguale al comparativo neutro dell'aggettivo e il superlativo al superlativo dell'aggettivo con la desinenza *e*.

M. *Quae sunt adverbia negantis?*

T. *Non, ne... quidem, quae scilicet negant praedictum.*

M. *Adverbia autem modi quae sunt? Respondeat Primus.*

P. *Adverbia modi sunt ea quae respondent interrogationi quomodo? qui, quem, admodum? Scilicet: ita, ut, sponte, vehementer etc., omniaque adverbia quae fiunt ex adiectivis, ut: bene, male, docte, eleganter.*

M. *Quomodo efficiuntur adverbia ex adiectivis, et qui sunt eorum gradus comparationis?*

P. *Adverbia fiunt ex adiectivis mutando exitum genitivi singularis terminatione et pro adiectivis secundae declinationis ac terminatione ter pro adiectivis tertiae declinationis. Gradus comparativus adverbii idem est atque genus neutrum adiectivi comparativi, superlatus autem idem est ac superlatus adiectivi cum exitu e.*

PROF. Un esempio.

P. Positivo *liberamente*, comparativo *più liberamente*, superlativo *liberissimamente*; e nello stesso modo *elegantemente*, *più elegantemente*, *elegantissimamente*.

PROF. Gli avverbi locativi di quante specie sono? Dica Nanni.

N. Gli avverbi di luogo sono di quattro specie: di quiete, che rispondono alla domanda *dove*, come *qui*, *costì*, *là*, *ivi*, *fuori*, ecc.; di moto a luogo (domanda *dove*) come *qua*, *costà*, *colà*; di moto da luogo (interrogazione *donde*), *di qua*, *di costà*, *di là*, *indi*, *da un'altra parte*, *da ogni parte*; e di moto per luogo, come *per di qua*, *per costà*, *per di là*, *a destra*, *a sinistra*, che rispondono alla domanda *per dove*.

PROF. Veniamo ora alle preposizioni. Quali preposizioni vogliono l'accusativo? Risponda Beltrami.

B. Prendono l'accusativo *ad*, *adversus*, *ante*, *apud*, *contra*, *inter*, *ob*, *per*, *post* ecc.

M. *Utere exemplo.*

P. *In gradu positivo liberamente, comparativo liberius, superlativo liberrime; eodemque modo eleganter, elegantius, elegantissime.*

M. *Adverbia locativa quot generum sunt? Inquiat Nanni.*

N. *Adverbia locativa sunt quattuor generum: quietis, quae respondent interrogationi ubi, ut hic, istic, illic, foris etc.; motus ad locum (interrogatio quo), ut huc, istuc, illuc, eo; motus ex loco (interrogatio unde), hinc, istinc, illinc, inde, aliunde, undique; motus per locum, ut hac, istac, illac, ea, dextra, sinistra, quae respondent interrogationi qua.*

M. *Veniamus nunc ad praepositiones. Quae praepositiones exigunt casum accusativum? Respondeto Beltrami.*

B. *Recipiunt accusativum ad, adversus, ante, apud, contra, inter, ob, per, post etc.*

PROF. Quali preposizioni si uniscono con l'ablativo? Dillo tu, Flavio.

FL. *A o ab, coram, cum, de, e o ex, pro, sine ecc.*

PROF. A quali casi si prepone *in*?

FL. La preposizione *in* vuole l'accusativo, se il complemento è di moto a luogo, l'ablativo, se il complemento è di stato in luogo: per es. *vado in Sicilia, sono in Sicilia.*

M. *Quae praepositiones coniunguntur cum ablativo? Dic tu, Flavi.*

FL. *A vel ab, coram, cum, de, e vel ex, pro, sine etc.*

M. *Quibus casibus praeponeitur in?*

FL. *Praepositio in trahit accusativum, si complementum est motus, ablativum, si est quietis: ut eo in Siciliam, sum in Sicilia.*

15.

LO STESSO SULLE CONGIUNZIONI E LE INTERIEZIONI

PROFESSORE. Quali sono le congiunzioni coordinative, che uniscono nello stesso ordine le parole? Risponda Stasi.

STASI. Uniscono le parole nello stesso ordine le congiunzioni copulative *e, ed, anche, nè*; le avversative *ma, poi, tuttavia*; le conclusive *dunque, perciò*; le causali *giacchè, poichè*.

MAGISTER. *Quae sunt conjunctiones adiunctivae, quae vocabula eodem ordine coniungunt? Respondeat Stasi.*

STASI. *Vocabula eodem ordine coniungunt conjunctiones copulativae et, atque, que (enclitica), etiam vel quoque, nec, neque; disiunctivae aut, vel, ve (enclitica); adversativae sed, at, autem, tamen, conclusivae, ergo, igitur: causales nam, namque, enim, etenim.*

PROF. Dove si collocano le congiunzioni *autem* ed *enim*?

S. *Autem* ed *enim* non si possono collocare in principio di proposizione, ma dopo una o due parole.

PROFESSORE. Quali sono le congiunzioni subordinative, quelle cioè che uniscono proposizioni principali con proposizioni secondarie? Lo dica Ennio.

E. Le congiunzioni temporali, *quando*, *allorchè*, *appena che*, *dopo che*; le finali *affinchè*, *affinchè non*; le condizionali *se*, *se poi*, *se non*; le concessive *sebbene*, *quantunque* ecc.

PROF. Quali sono le particelle interrogative? Sta attento, Pietro, e rispondi.

P. Le particelle interrogative sono *num*, *nonne*, *ne* (enclitica) per l'interrogazione semplice, *utrum... an*, *ne... an*,... *an* o *ne* per l'interrogazione doppia.

PROF. Dimmi un esempio di interrogazione doppia.

P. Tuo fratello è partito od è rimasto?

M. *Quo loco propositionis collocabis autem et enim?*

S. *Autem et enim nequeunt collocari initio propositionis, sed post unum vel alterum verbum.*

M. *Quae sunt coniunctiones subiunctivae, quae iungunt propositiones principales cum propositionibus subiectis? Dicat Ennius.*

E. *Coniunctiones temporales, cum, ubi, cum primum, postquam; finales, ut, ne; condicionales, si, sin, nisi; concessive, etsi, quamvis, quamquam etc.*

M. *Quae sunt particulae interrogativae? Attende, Petre, et responde.*

P. *Particulae interrogativae sunt num, nonne, ne (enclitica) pro interrogazione simplici; utrum ...an, ne... an,... an vel ne pro interrogazione duplici.*

M. *Affer exemplum interrogationis duplicis.*

M. *Frater tuus utrum profectus est an mansit? f.t. profectusne est an mansit? f. t.*

profectus est an mansit? profectus est mansitne f. t.?

PROF. « Guai ai vinti », disse quel fanfarone di Brenno: che cosa è *guai*? Rispondi tu, Furio.

M. « *Vae victis* », inquit ille iactator Brennus: quid est vae? Responde tu, Furio.

F. E' interiezione di minaccia.

F. *Est interiectio minantis.*

PROF. Dimmi le interiezioni di incoraggiamento.

M. *Expone interiectiones hortantis.*

F. Orsù, *via, svelti* come: « su, via, rompi gl'indugi ».

F. *Eia, age, agite*, ut « *eia age, rumpe moras* ».

PARTE II.

DIALOGHI E DISCUSSIONI PER IL TERZO ANNO DI LATINO
(Sintassi semplice)

UNA VISITA INASPETTATA
(CONCORDANZE E USO DEL NOMINATIVO)

TRANQUILLO. Chi ha suonato il campanello? Entra, entrate. Oh! come state, amici carissimi?

FRANCO. Io e mio fratello Quinto, che vedi, stiamo benissimo; e a te come va?

T. Anch'io sto abbastanza bene. Cosa fa il babbo e la mamma? Siete contenti della nuova residenza?

QUINTO. Milano è una città bella e ricca, fioriscono i commerci, gli stabilimenti sono pieni di operai, vi è ignota la miseria: in una parola ce la passiamo abbastanza bene.

F. Quinto è stato preso come segretario al comune, io sono centurione della Milizia, e attendo agli studi, il babbo, come sai, insegna all'Università, la mamma sembra sia ringiovanita.

T. Mi rallegro e godo vivamente della vostra fortuna.

TRANQUILLUS. *Quis pulsavit tintinnabulum? Ingredere, ingredimini. Oho! quomodo vos habetis, amici carissimi?*

FRANCUS. *Ego et frater meus Quintus, quem vides, optime habemus: tu quomodo te habes?*

T. *Ego quoque satis bene valeo: quid agit et pater et mater vestra? Contenti estis nova sede?*

QUINTUS. *Mediolanum est urbs pulchra et opulenta, florent commercia, officinae plenae sunt operariis, ignota est penuria: uno verbo nobis satis bene est.*

F. *Quintus adscitus est scribe apud municipium, ego centurio sum Militiae et operam do studiis, pater, ut nosti, profitetur in Academia, mamma facta esse videtur iunior.*

T. *Gratulor et magnopere gaudeo vestra fortuna. Beati*

na. Mi sembra che siate veramente felici. Quando siete arrivati? *vero esse mihi videmini. Quando advenistis?*

F. Siamo arrivati stamattina, e dal babbo abbiamo avuto l'incarico di portarti questo suo libro sull'Etio- *F. Hodie mane advenimus, et a patre iussi sumus tibi ferre hunc eius librum de Aethiopia.*

T. Vostro padre vuol essere sempre gentilissimo. Lo ringrazio molto, e leggerò assai volentieri questo libro, col quale mi divertirò e diventerò più dotto. Vorrei che cenaste con me, ma la zia se ne è andata e sono solo col servo. *T. Pater vester usquequaque humanissimus esse vult. Maximas gratias ago, et libentissime legam hunc librum, quo delectabor et fiam doctior. Velim vos mecum cenare, sed amita abiit, et sum solus cum servo.*

Q. Non possiamo rimanere, tra due ore bisogna partire. Di che male morì tuo padre? *Q. Non possumus manere: post duas horas proficiscendum est. Quo morbo obiit pater tuus?*

T. Dopo la morte della mamma egli non poteva essere contento, non si curava, non si riguardava. Poi fu preso da una gran tosse, sopravvenne la polmonite, e in breve tempo... se ne andò. *T. Post mortem matris meae ille non poterat esse contentus, se non curabat, sibi non parcebat. Tum violenta tussi affectus est, supervenerunt dolores laterum, brevi tempore... decessit.*

F. Fatti coraggio, Tranquillo: tuo padre è felice con tua madre... *F. Erige animum, Tranquille: pater est beatus cum matre tua...*

T. Vorrei essere forte, ma non ci riesco... Aspettate. *T. Velim esse fortis, sed nequeo... Expectate. Iubeo*

Faccio preparare il caffè, o preferite il thè?

Q. Non possiamo prender nulla, Tranquillo. Fra un mese torneremo, e allora staremo insieme più a lungo.

T. E così resta fissato. Vi aspetto a pranzo. Buon viaggio; ringraziate il babbo, salutate il babbo e la mamma.

F. Sta bene e cerca di farti coraggio.

parare caesaeum, an theam mavultis?

Q. *Nihil sumere possumus, Tranquille. Post mensem redibimus, ac tunc diutius una erimus.*

T. *Itaque convenit. Vos exspecto ad cenam. Opto vobis felix iter; gratias agite meo nomine patri, patrem salutate et matrem.*

F. *Cura ut valeas, et bono animo sis.*

17

RAGAZZI ALL'APERTO

(USO DELL'ACCUSATIVO)

LUIGI. Perchè ti nascondi, Guglielmo? Forse mi credevi cieco?

GUGL. Quanto mi piace l'ombra di quest'albero!

L. Chi t'ha insegnato a nasconderti quando arrivano gli amici? Che cosa mangi?

G. Gli studi delle lettere nutrono l'adolescenza, dice Cicerone; me invece nutre il pane e la carne. Ho portato con me la merenda, ed

ALOISIUS. *Cur latebas, Guglielme? Num credebas me esse caecum?*

GULIELMUS. *Quantum me iuvat umbra huius arboris!*

AL. *Quis te docuit te abdere, cum adveniunt amici? Quid edis?*

G. *Studia litterarum adulescentiam alunt, ait Cicero; sed me alit panis et caro. Mecum tuli merendam, quam nunc sumo, quo fortius*

ora me la pappo per fare con più forza la lotta. Prendi questa mela.

L. Grazie. Buona questa mela, ma sa di sale.

G. Non ti meravigliare: ha fatto la strada coi salati. Ma ecco Ercole, ecco Furio.

ERCOLE. Non vi vergognate a mangiar così a due palmenti in mezzo alla strada?

G. Io non mi vergogno; ma, se vuoi dire il vero, a te rincresce di non mangiar nulla. Apri la bocca, e ti farò felice.

E. Vuoi forse che io mangi della carta?

G. Non è carta, ma una caramella vestita, quella che ti ho messo in bocca.

L. Guglielmo, qualcuno ha portato via il tuo cestino.

G. Dov'è Furio? Tu m'hai celato il furto.

L. Cerca e troverai, guarda il cielo ed i tuoi occhi vedranno.

E. Furio s'è fatto ladro, e salì sull'albero.

G. Perchè ti nascondi tra le fronde, Furio ladro, fur-

luctari possim. Accipe hoc malum.

AL. *Gratias ago. Bonum hoc malum, sed sapit salem.*

G. *Nihil mireris: iter fecit cum succidia. Sed ecce Hercules, ecce Furius.*

HERCULES. *Vos non pudet ita metere in media via?*

G. *Me non pudet; sed, si vis dicere verum, te piget nihil manducare. Aperi os, et te faciam beatum.*

H. *Num vis me edere chartam?*

G. *Non est charta, sed crustulum vestitum, quod tibi in os inserui.*

AL. *Gulielme, nescio quis tuam cistulam abstulit.*

G. *Ubi est Furius? Tu me furtum celavisti.*

AL. *Quaerito et invenies, intueri caelum et oculi videbunt.*

H. *Fur Furius factus est, et ascendit in arborem.*

G. *Quid lates inter frondes, fur Furi furcifer? Quis*

fante? Chi ti ha insegnato queste prodezze? Non capisci, sciocco, come codesta sia una cosa ignobile?

FURIO. In quest'albero ci sono molti ghiri, che hanno fame di ghiottonerie.

E. Restituisci il cestino, se non vuoi che ti prendiamo a sassate.

F. Prendete, ecco il cestino.

G. Il cestino è vuoto: rendimi la roba da mangiare.

F. La roba da mangiare la mangiano i ghiri: tu tieni il cestino.

E. Salirò io, e compirò anche questa fatica.

F. Bada, Ercole! Guarda ti dai ghiri, che faranno pasto di te. Guarda come salto in terra.

G. Rendimi la roba, che ti sei cacciato in seno.

F. Queste cose me l'hanno donate i ghiri, perchè si dividessero in quattro parti.

G. Si dividano. Ma il tuo berrettino è volato, e... s'è fermato in cima all'albero: va a riprenderlo.

te haec docuit? Fugit te, inepte, quam sordida res ista sit?

FURIUS. *Hac in arbore sunt multi glires, qui esuriunt bellaria.*

H. *Redde cistulam, nisi vis te obnoxium lapidibus.*

F. *Accipite, ecce cistulam.*

G. *Cistula est vacua: redde mihi edulia.*

F. *Edulia edunt glires: tu serva cistulam.*

H. *Ascendam ego, et hunc quoque perficiam laborem.*

F. *Cave, Hercules, cave glires, qui te facient saginam. Vide, ut desiliam in terram.*

G. *Redde edulia, quae in sinum coniecisti.*

F. *Haec mihi donaverunt glires, ut in quattuor partes dividerentur.*

G. *Dividantur. Sed tuus pileolus avolavit, et... sedet summa in arbore: redi recuperatum.*

DE BELLO HELVETIORUM

(ANCORA USO DELL'ACCUSATIVO)

PROFESSORE. Cesare, quando udi che gli Elvezi volevano passare attraverso la nostra Provincia, marciò alla volta della Gallia, e giunse nelle vicinanze di Ginevra. Dove fece il vallo, perchè gli Elvezi non trasportassero le forze di qua dal fiume Rodano? Rispondi, Alberici.

ALB. Dal lago Lemano al monte Giura, per uno spazio di diciannove miglia, tirò un muro alto sedici piedi con una fossa.

PROF. Gli Elvezi, respinti dai nostri, ottennero dai Sequani di passare in Gallia attraverso il loro territorio. Perciò Cesare fece venire dall'Italia cinque legioni. E dopo che cosa fece? Di tu Briganti.

BRIG. Poichè gli Edui ed altre popolazioni informavano Cesare che i nemici saccheggiavano il loro territorio, domandando aiuto, egli affrettò a marciare contro gli Elvezi, che stavano pas-

MAGISTER. *Caesar, ubi audivit Helvetios iter facere velle per nostram Provinciam, in Galliam ulteriorem contendit, et ad Genavam pervenit. Ubi vallum fecit, ne Helvetii flumen Rhodanum copias traducerent? Respondeas, Alberici.*

ALB. *A lacu Lemanno ad montem Iuram, milia passuum undeviginti, murum altum pedes sedecim fossamque perduxit.*

M. *Cum Helvetii, a nostris repulsi, impetravissent a Sequanis ut per eorum fines in Galliam transirent, quinque legiones ex Italia Caesar eduxit. Quid postea gessit? Eloquere, Briganti.*

BRIG. *Cum Aedui et aliae civitates certiozem facerent Caesarem hostes suos agros depopulari et auxilium peterent, contra Helvetios ire maturavit, qui flumen Ararim transibant. Ubi per*

sando il fiume Arar. Quando per mezzo di esploratori seppe che gli Elvezi avevano già trasportato di là dal fiume tre quarti delle loro forze e l'altro quarto era rimasto di qua dall'Arar, giunse addosso a quella parte, che ancora non aveva passato il fiume. Assaliti i nemici mentre erano impacciati e non se l'aspettavano, ne fece a pezzi una gran parte: i rimanenti fuggirono, e si nascosero nelle selve vicine.

PROF. Come terminò questa guerra? Risponda Fazio.

F. Cesare fa costruire un ponte sull'Arar, fa passare l'esercito di là, e va dietro ai nemici per molti giorni. Frattanto domandava spesso agli Edui il frumento, che avevano promesso a nome dello Stato; e pose sotto sorveglianza Dumnorige, il quale consigliava di non consegnare il frumento. Infine attaccò battaglia cogli Elvezi presso Bibratte. Si combattè a lungo ed accanitamente; ma i nemici furono sbaragliati ed espugnati i loro accampamenti. Nel campo degli El-

exploratores certior factus est, tres iam partes copiarum Helvetios flumen traiecisse, quartam vero partem citra flumen Ararim relictam esse, ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat. Hostes impeditos et inopinantes aggressus, magnam eorum partem concidit: reliqui fugerunt, et in proximas silvas se abdiderunt.

M. *Quomodo hoc bellum confectum est? Respondeat Fatius.*

F. *Caesar pontem in Arari facit, exercitum flumen traducit, hostes multos dies sequitur. Interim saepe Aeduos frumentum, quod erant publice polliciti, flagitabat; Dumnorigi, qui auctor erat ne frumentum daretur, custodes posuit. Denique ad Bibracte cum Helvetiis proelium commisit. Diu et acriter pugnatum est; sed hostes profligati eorumque castra capta sunt. In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis scriptae, in quibus ratio confecta erat*

vezi furono trovati dei registri, scritti in lettere greche, nei quali era fatto il conto di quelli che erano partiti dalla propria patria. La somma totale era stata di circa trecentosessantotto mila; il numero di quelli che ritornarono a casa fu di cento e dieci mila.

PROF. Questo numero fu di quelli atti a portare le armi o di tutta la popolazione? Che dici, Flamini?

FL. Di tutta la popolazione, cioè anche dei fanciulli, dei vecchi e delle donne.

eorum, qui domo exierant. Summa omnium fuerat ad milia trecenta duodeseptuaginta; numerus eorum, qui domum redierunt, fuit milium centum et decem.

M. *Hic numerus fuit eorum qui arma ferre possent an omnis gentis? Quid ais, Flamini?*

FL. *Omnis gentis, scilicet etiam puerorum et senum et mulierum.*

19

UN CANE SENZA PADRONE

(USO DEL GENITIVO)

SILVIO. Di chi è codesto cane? forse della tua padrona?

CLAUDIO. La mia padrona non ha cane. Come cani tiene i suoi pigionanti. È una vecchia della più grande avarizia. Questo cane mi seguì fino a casa, ma quella furia cacciò fuori me e il cane.

S. Mi fai pena...

C. Ma lei si pentirà della sua spilorceria.

SILVIUS. *Cuius est iste canis? an tuae dominae?*

CLAUDIUS. *Domina mea non habet canem. Pro canibus habet inquilinos. Anus est maximae avaritiae. Hic canis me usque domum secutus est, sed illa furia foras extrusit me et canem.*

S. *Me miseret tui...*

C. *At eam paenitebit suae sordis.*

S. E adesso dove vai col cane?

C. Lo porto a passeggio questo amore di animale.

S. È davvero un cane bellissimo. Quanto costerà?

C. Due o tre mila lire.

S. Tu esageri, caro: non credo che costi tanto. Io non lo stimo più di duecento o duecentocinquanta lirette.

C. Si vede che tu non capisci niente di cani. Questo è un cane di gran lusso.

S. Poi il padrone del cane, se lo tieni come tuo, ti potrà accusare di furto.

C. Cosa vuoi che ne faccia?

S. Consegnalo alle guardie...

C. Taci, taci! Senti, la mia cara bestiola, cosa dice quel cattivo?

UN SIGNORE. Dove avete trovato questo cane, ragazzi?

C. Mi ha seguito, e l'ho condotto volentieri a passeggio. È forse vostro questo cane? E' dovere del padrone

S. *Ac nunc quo is cum cane?*

C. *Deambulatum duco hoc amabile animal.*

S. *Canis est sane pulcherrimus. Quanti constabit?*

C. *Duobus aut tribus milibus librarum.*

S. *Pretium exaggeras, bone: non credo esse tanti. Ego pluris ducentis vel ducentis quinquaginta libellis non facio.*

C. *Patet te nihil intellegere de canibus. Hic est canis magni luxus.*

S. *Erus autem canis, si tamquam tuum eum retines, te furti accusare poterit.*

C. *Quid vis ei faciam?*

S. *Trade vigilibus...*

C. *Tace, tace! Audis, carissima bestiola, quae dicit ille improbus?*

DOMINUS. *Ubi invenistis hunc canem, pueri?*

C. *Me secutus est, et perlibenter deambulatum duxi. Num tuus est hic canis? Eri officium est suos canes cu-*

custodire i suoi cani, e non abbandonarli in mezzo alla strada.

SIG. Non è mio, ma di un mio amico: conosco il padrone e il cane. Ti ricordi di me, graziosissimo Leo? Vedi come mi fa festa?

C. Ma fa festa anche a me. Voglio restituirlo io stesso al padrone: è mio dovere, è mio interesse.

SIG. Vieni con me, e parlerai tu stesso col padrone.

C. Andiamo. Addio, Silvio.

S. Addio, Claudio; e buona fortuna!

stodire, non deserere in media via.

DOM. *Non est meus, sed amici mei: novi erum et canem. Meministine mei, iucundissime Leo? Viden ut mihi blandiatur?*

C. *Sed mihi quoque blanditur. Volo ipse reddere ero: meum est, mea interest.*

DOM. *Veni mecum, et ipse cum ero loqueris.*

C. *Eamus. Vale, Silvi.*

S. *Vale, Claudi; et bene vertat!*

20.

TRA MADRE E FIGLIA

(USO DEL DATIVO)

MADRE. Cos'hai fatto dei fiori, che erano nel salotto?

MATER. *Quid fecisti floribus, qui erant in exedrio?*

FIGLIA. Li ho dati ai soldati di ritorno dall'Africa Orientale.

FILIA. *Dedi militibus ex Africa Orientali redeuntibus.*

M. Mi compiaccio. Dove li hai veduti?

M. *Gratulor tibi. Ubi vidiisti eos?*

F. Sono passati davanti a casa nostra, ma tu non c'eri, perchè eri andata dalla nonna.

F. *Transierunt ante domum, sed tu non aderas, quia ad aviam iveras.*

M. La nonna mi dà molto pensiero: non sta bene.

F. Di questo mi addoloro molto, mamma. Perchè non chiamiamo il medico, che la guarisca?

M. Non soffre per qualche malattia, ma per l'età; e poi non ha fiducia nelle medicine.

F. Se vuoi, andrò da lei per esserle di aiuto.

M. In che puoi giovarle, figlia mia? Ora bisogna che studi la grammatica, e devi fare i compiti di scuola.

F. Per me è inutile studiare, come dice la mia compagna Anna Guidi: la professoressa mi è contraria.

M. Perchè dai ascolto a quella perfida ragazza? Guardati da lei, guardati dalla cattica compagnia. Forse la professoressa è favorevole ad Anna?

F. Non le è favorevole: anzi ieri la cacciò fuori di scuola.

M. Persuaditi che la professoressa ama le fanciulle

M. *Avia est mihi multae curae: non bene se habet.*

F. *Id multum doleo, mamma. Cur non arcessimus medicum, ut ei medeatur?*

M. *Non laborat aliquo morbo, sed aetate; medicinis autem non fedit.*

F. *Si vis, eam adibo, ut ei sim adiumento.*

M. *Quid potes eam iuvare, filia? Nunc oportet te studere grammaticae, et pensare scholastica tibi facienda sunt.*

F. *Mihi inutile est studere, ut ait mea condiscipula Anna Guidi: magistra mihi adversatur.*

M. *Cur aures prebes illi perfidae puellae? Cave eam, cave a mala societate. Num magistra favet Annae?*

F. *Non favet: immo heri e schola detrusit.*

M. *Tibi persuadeas, magistram diligere bonas puellas. Quid tibi est cum Anna Gui-*

buone. Cos'hai tu a che fare con Anna Guidi, chè la nomini spesso?

F. Siamo compagne di banco Anna spesso porta a scuola giocattoli e sonagli, fa ridere le compagne, dice spesso che noi impariamo per la scuola e non per la vita. Ieri sonava un campanello, e la professoressa si arrabiò.

M. Perchè dice che imparate per la scuola e non per la vita?

F. Perchè, dice, i nostri studi sono inutili e alle ragazze giova più saper ballare che saper il latino.

M. Quanti anni ha Anna Guidi?

F. Ha già sedici anni compiuti.

M. E tu sei nel tredicesimo anno di età: non voglio che tu le stia vicina.

F. Di' alla professoressa che mi cambi posto.

M. Con chi vorresti stare?

F. Con Clelia Rossi o con Lucia Fabbri o con Gemma Mari: queste sono fanciulle ottime, da non paragonarsi ad Anna.

di, quam saepe nominas?

F. In eodem scamno sedemus. Anna saepe fert in scholam lusus et crepundia, risum movet condiscipulis, saepe dicit nos scholae, non vitae discere. Heri tintinnabulum iactabat, itaque magistra indignata est.

M. Cur dicit vos scholae, non vitae discere?

F. Quia, ait, nostra studia inutilia sunt, et puellis magis prodest callere saltationem quam linguam Latinam.

M. Quot annos habet Anna Guidi?

F. Annos iam sedecim nata est.

M. At tu annum tertium decimum agis: nolo te prope illam sedere.

F. Dic magistrae, ut mihi locum mutet.

M. Quacum esse velis?

F. Cum Cloelia Rossi aut cum Lucia Fabbri aut cum Gemma Mari: hae sunt primae puellae, conferendae non sunt cum Anna.

M. Appena potrò, andrò a trovare la professoressa. Come si chiama?

F. Si chiama Alessandra Serri, ma le scolare la chiamano Mina, perchè spesso ci minaccia, ma di rado punisce.

M. *Simulac potero, magistram conveniam. Quod nomen est ei?*

F. *Ei nomen est Alexandra Serri, sed discipulae eam appellant Minam, quia saepe nobis minatur, sed raro punnit.*

21

VITA E SCUOLA

(USO DELL'ABLATIVO)

GIUSEPPE. Per qual motivo arrivi così tardi?

MARIO. Vengo col tram dalla parte opposta della città. È mancata l'energia elettrica ed ha indugiato a lungo.

G. Quanto è lontano dalla scuola la tua abitazione?

M. Più di due chilometri. Non c'è il professore?

G. E' stato chiamato dal preside. Per questo il bidello sta sulla porta della classe. Quanto hai pagato codesto volume così nuovo ed elegante?

M. Dieci lire.

G. Io ho comprato il medesimo libro per tre lirette sul banco di un rivenditore.

IOSEPH (o Iosephus). *Qua causa tam sero advenis?*

MARIUS. *Veni traha ex adversa parte urbis. Vis electrica defecit ac diu morata est.*

IO. *Quantum abest tua habitatio a schola?*

MA. *Plus quam duo kilometra. Non adest professor?*

IO. *Arcessitus est a rectore. Ob hoc in porta aulae stat bidellus. Quanti emisti istud volumen tam novum et expolitum?*

MA. *Decem libris.*

IO. *Ego eundem librum emi tribus libellis in mensa institoris.*

ORESTE. Ma è un libro vecchio, sgualcito da cento mani nelle scuole.

G. Lo stesso rivenditore vende carta, inchiostro, calamai, cannette, penne a pochissimo prezzo. La carta assorbente la regala ai clienti.

O. Il mio libraio vende un po' più caro degli altri, ma tutte cose buone ed eleganti. Con questa penna stilografica si scrive a meraviglia: ci ho speso ottanta lire.

G. Nei compiti di scuola non c'è bisogno di eleganza: importa quel che si scrive, non la carta e la calligrafia.

O. Ma la scrittura elegante riesce gradita a tutti, e il professore in particolare si compiace della calligrafia chiara e dei quaderni nitidi e senza macchie.

G. Non abbiamo nessun giorno libero da versione o da componimento; manca il tempo per curare la bellezza dei caratteri.

M. Ecco il professore col registro. Comincia a fare l'appello.

ORESTES. *Sed est liber vetus, contrectatus manibus scholasticorum.*

Io. *Idem institor vendit chartam, atramentum, atramentaria, calamos, pennas (cuspides, graphia) minimo pretio. Chartam bibulam donat emptoribus.*

O. *Meus bibliopola vendit aliquanto maioris quam ceteri, sed res bonas et elegantes. Hoc stilographio scribitur mirum in modum: octoginta libras impendi.*

Io. *In pensis scholasticis non opus est elegantia: interest quod scribitur, non charta et forma litterarum.*

O. *At elegantia scripturae probatur omnibus, et magister in primis delectatur litteris claris et commentariis nitidis ac sine maculis.*

Io. *Nulla dies nobis vacat a versione aut a themate; deest tempus ut curemus formam scriptionis.*

MA. *Ecce professor cum tabulis. Nomina pronuntiare incipit.*

PROFESSORE. Severini.

SEV. Presente!

PROF. Tu ieri sei stato assente.

SEV. Ecco il biglietto con cui il babbo mi ha giustificato.

PROF. In questa lettera manca la data, e non è indicato il motivo dell'assenza.

SEV. Mio padre si è dimenticato di scrivere che ho avuto mal di denti.

PROF. Tuo padre, quando ti giustifica, scrive sempre con grande precisione. Prendi la cartella e vattene: domattina tornerai con tuo padre.

SEV. Perdonatemi, signor professore; concedetemi di rimanere a scuola.

PROF. Taci e va. Tu, bidello, accompagna questo ragazzo dal signor preside e consegnagli questo biglietto.

SEV. Perdono, signor professore... Ah ah ah...!

PROF. La prima ora di scuola è destinata alla storia. In che anno Firenze divenne capitale del regno d'Italia? Risponda Gherardi.

MAGISTER. Severini.

SEV. Adsum!

M. Tu heri afuisti.

SEV. *Accipe litteras, quibus me pater excusavit.*

M. *In hac epistula dies adscripta non est, neque significatur causa qua afueris.*

SEV. *Pater meus oblitus est scribere, me dolore dentium laboravisse.*

M. *Pater tuus, cum te excusat, semper scribit maxima diligentia. Cape tuam capsam et abi: revertitor cras mane cum patre.*

SEV. *Parce, domine professor; concede me in schola manere.*

M. *Tace et abi. Tu, bidelle, comitare hunc puerum ad dominum rectorem, eique redde hanc scidulam.*

SEV. *Da veniam, domine professor... A a ah...!*

M. *Prima hora scholae hodie destinata est ad historiam. Quo anno Florentia caput regni Italici facta est? Respondeat Gherardi.*

GHER. Nell'anno mille ottocento sessantacinque; e sei anni dopo la capitale d'Italia divenne Roma.

PROF. Per qual motivo Napoleone III, imperatore dei francesi, lasciò che Roma fosse occupata dagli Italiani?

GHER. Perchè non potè impedirlo, essendo stato vinto dai Prussiani a Sedan il primo settembre dell'anno milleottocentosettanta.

PROF. Esponete ora brevemente per iscritto la guerra franco-prussiana.

LILLO. Bisogna scrivere nel quaderno di brutta copia o nel quaderno di bella?

PROF. Prima nel quaderno di brutta e poi in quello di bella.

GHER. *Anno millesimo octingentesimo sexagesimo quinto; sex autem post annis caput Italiae facta est Roma.*

M. *Qua causa Napoleo III, imperator Francorum, sivit Romam ab Italis occupari?*

GHER. *Quia impedire non potuit, cum a Borussis calendis septembribus anno millesimo octingentesimo septuagesimo ad Sedunum victus sit.*

M. *Nunc bellum inter Francos et Borussos breviter scribendo exponite.*

LILLUS. *Scribendum est in adversariis an in commentariis?*

M. *Prius in adversariis, postea in commentariis.*

22

ALL'AEROPORTO

(COSTRUZIONE DEI NOMI DI CITTÀ)

ALATI. Vedi quel grande edificio? Quello è l'hangar.

ALATI. *Viden illud magnum aedificium? Est receptaculum (o carceres, m. pl.) aëroplanorum.*

CELESTINO. E l'aeroplano, quando arriva, dove discende?

A. Discende in quel prato, e, dopo che i viaggiatori sono usciti, va con le proprie ruote nell'hangar.

C. Perchè non è venuto tuo fratello?

A. È rimasto a casa: oggi ha molti compiti da fare per la scuola.

C. In quante ore si vola da Roma a Milano?

A. In due ore. Vuoi forse andare in villeggiatura per via aerea?

C. Gli aeroplani non fermano nelle ville.

A. Almeno spontaneamente. Tuttavia mio padre tornò dalla campagna in aeroplano.

C. Ma prima fece un lungo percorso in automobile per raggiungere l'aeroporto. Hai forse mai volato tu?

A. Ed ho fatto un lungo e bellissimo viaggio. Partii da Ostia in idrovolante, e per Brindisi e Tirana, che è capitale dell'Albania, andai fino a Salonico.

CAELESTINUS. *Aëroplanum autem, cum advenit, quo descendit?*

A. *Descendit in illud pratum, et, postquam viatores egressi sunt, suis rotis in carceres ingreditur.*

C. *Cur non venit frater tuus?*

A. *Domi mansit: hodie habet multa pensa facienda pro schola.*

C. *Quot horis volatur Roma Mediolanum?*

A. *Duabus horis. Num vis ire rus aërea via?*

C. *At aëroplana non sistent in villis.*

A. *Saltem sponte. Tamen meus pater rediit rure aëroplano.*

C. *Sed prius longum iter automobili fecit, ut iret ad aëroportum. Num tu unquam volasti?*

A. *Et longum et pulcherrimum iter feci. Profectus sum Ostia hydrovolante, et Brundisio ac Tirana, quod est caput Albaniae, usque Salonicam vectus sum.*

C. A far che cosa a Salonicco?

A. A vendere dei vecchi libri scolastici.

C. Tu scherzi... Tu non hai volato mai.

A. Veramente ho volato due volte, e senza nessuna spesa.

C. In che modo?

A. Perchè vinsi ai littorali: non ti ricordi?

C. Beato te...! Donde è partito l'aeroplano, che sta per arrivare ora?

A. Da Berlino, capitale della Germania, alle ore undici e un quarto; ferma a Monaco, la più grande città della Baviera, e una seconda volta a Venezia: arriva qui intorno alle diciotto.

C. Sicchè lo vedremo arrivare da settentrione.

A. L'aeroplano si avvicina alla stazione seguendo la direzione del vento. Vedi in quell'alta antenna la manica, che è rivolta ad occidente? Il vento dunque spirava da oriente, ed anche

C. *Ad quid faciendum Thessalonicam isti?*

A. *Ut veteres libros scholasticos venderem.*

C. *Tu iocaris... Tu nunquam volasti.*

A. *Ut verum dicam bis volavi ac nullo sumptu.*

C. *Quonam modo?*

A. *Quia certamina lictorialia vici: non recordaris?*

C. *Te beatum...! Unde profectum est aëroplanum, quod nunc est venturum?*

A. *Berolino, ex capite Germaniae, hora quinta (1) et quadrante; sistit Monachii, in maxima urbe Bavariae, iterum Venetiis: huc denique advenit circiter hora duodecima (1).*

C. *Ergo a parte septentrionali adventare videbimus.*

A. *Aëroplanum accedit stationi sequens venti cursum. Viden in illa altissima antenna manicam, quae vergit ad occidentem? Ventus igitur spirat ab oriente, et aëroplanum quoque ab o-*

(1) Secondo la numerazione romana antica, che divideva il giorno in 12 ore e la notte in quattro periodi di sentinella (*vigiliae*).

l'aeroplano arriverà da o-*riente adveniet.*
riente.

C. Vedo finalmente nel cielo verso oriente come un uccello, che avvicinandosi si fa più grande.

A. Eccolo, è proprio lui. Guarda che evoluzioni fa per atterrare. Ecco, scende sul prato, è in terra.

C. I viaggiatori escono dall'aeroplano.

A. Ormai abbiamo visto abbastanza: torniamo a casa.

C. Cerno demum in orientali caelo tamquam avem volantem, quae appropinquando maior fit.

A. Ecce, est aëroplanum ipsum. Vide ut decursus faciat in appellendo ad terram. Ecce in pratum scendit, est in terra.

C. Viatores ex aëroplano egrediuntur.

A. Iam satis vidimus: redeamus domum.

PARTE III.

ARGUMENTA ET EXPERIMENTA

(per il secondo, terzo e quarto anno di latino)

1.

DEL COMPORRE IN LATINO

Scrivere in latino è lo stesso che parlare latino; e poichè parliamo più facilmente in quella lingua nella quale siamo soliti pensare, è cosa utilissima abituarsi a pensare in latino.

Quando recitiamo a memoria qualche passo di scrittori latini, già parliamo in latino; se poi diciamo le medesime cose mettendo fuori le parole latine per conto nostro, la nostra mente nel medesimo istante pensa in latino.

Giova dunque leggere qualche passo di scrittore latino e poi chiudere il libro e adoperarsi di ripetere il contenuto il più possibile con le stesse parole; come pure volgere in prosa latina versi e carmi di poeti, ovvero ripetere riassuntivamente in la-

Scribere Latine idem est ac loqui Latine; et quoniam facillime loquimur ea lingua qua cogitare solemus, utilissimum est assuescere Latine cogitare.

Cum memoriter enuntiamus aliquem locum scriptorum Latinorum, iam loquimur Latine; si autem easdem res dicimus verba Latina per nos ipsi proferentes, mens nostra eodem tempore Latine cogitat.

Prodest igitur scriptorum Latinorum aliquem locum legere, ac postea ponere librum et operam dare ut rem verbis quam maxime eisdem repetamus; nec non versus et carmina poetarum in solutam orationem convertere, aut opera vel operum partes

tino opere o parti di opere di poeti o prosatori. *sive poëtarum sive scriptorum solutae orationis summam Latine referre.*

Da ciò derivano vari esercizi o tentativi di versione, di ripetizione, di imitazione. *Inde variae existunt exercitationes vel experimenta vertendi, referendi, imitandi.*

Quando in fine siamo in grado di usare direttamente la lingua latina, possiamo scrivere senz'altro in latino ciò che pensiamo con la mente, o vogliamo raccontare, esporre, illustrare. *Cum denique lingua Latina uti prorsus valemus, possumus Latine scribere quidquid mente cogitamus, vel narrare, exponere, illustrare volumus.*

2.

ESERCIZI PRELIMINARI

a) *Ripetere qualche brano a memoria, sostituendo le parole più facili a sostituirsi.*

b) *Ripetere qualche brano facile di prosa non a memoria, con parole latine appropriate, anche se diverse da quelle dell'autore. Esempio: Cornelio, Vita di Milziade, capitolo II: Miltiades, ubi pervenit Chersonesum, copias barbarorum brevi tempore profligavit, et, omni regione potitus, quam occupare volebat, loca idonea munivit, colonis, quos secum duxerat, agros distribuit etc.*

c) *Fare per qualche lettura di Fedro o di Cornelio, di Eutropio o di Cesare, qualche esercizio analogo a quello del dialogo 18 (de Bello Helvetiorum), ma direttamente in latino: Esempio n. 3.*

d) *Volgere in prosa latina delle favole di Fedro o passi di altri poeti studiati. Esempi n. 4 e 5.*

3.

DE LUPI ET AGNI FABULA

MAGISTER. Iam decem fabulas Phaedri e Latino in Italicum convertimus et commentati sumus. Velim tu, Petre, fabulam lupi et agni tuis verbis Latine referas.

P. Lupus et agnus, siti impulsus, ad eundem rivum venerant. Superius stabat lupus et multo inferius agnus; sed ille perfidus gula incitatus causam litis intulit. « Cur, inquit, turbidam mihi facis aquam neque me sinis bibere »? Atque alia ex parte agnus perterritus: « Quo modo, quaeso, lupe, possum facere id quod quereris? Aqua enim a te bibente fluit ad me ». Tum lupus vi veritatis repulsus: « Abhinc sex menses, inquit, male dixisti mihi ». Cui agnus respondit: « Equidem ante sex menses non eram natus ». « Pater tuus, hercle, inquit lupus, male dixit mihi! ». Atque ita agnum corripuit et iniusta caede laceravit.

M. Pulcherrima quidem, ut videtis, est fabella, quam legimus etiam apud Aesopum (274^b) graeca oratione; sed poëta res levioris momenti omisit, duasque feras tamquam in scena loquentes induxit. Sententiam autem exitus (*la morale della favola*) paululum mutavit. Nam, cum Aesopus dicat ne iustam quidem defensionem valere apud eos qui laedere velint, Phaedrus ait suam fabulam scriptam esse pro illis hominibus, qui fictis causis opprimunt innocentes. Cur hanc mutationem fecit?

P. Quia Phaedrus hac fabula vituperare voluit Seianum, qui innocentes Germanici filios oppressit.

4.

IL CERVO ALLA FONTE

(PROPOSIZIONI SECONDARIE IN GENERALE)

Cervus potus ad fontem restitit, ed vidit in aqua suam imaginem. Hic, dum sua ramosa cornua miratur et laudat, crura vero ob nimiam exilitatem vituperat, conterritus subito venatorum clamoribus, fugit, et rapido cursu canes vitavit. Cum autem in silvam venisset, cornibus inter arbores implicitus ac retentus, coepit lacerari moribus saevorum canum. Tum cervus moriens dicitur hanc edidisse vocem: « O me insipientem! nunc demum intellego quam mihi utilia fuerint crura, quae contempsi, atque ut me perdiderint cornua, quae laudavi ».

(Cfr. Fedro, I, 12).

5.

IL PAVONE E GIUNONE

(MODI DEL VERBO E USO DELL'INFINITO)

Pavo ad Iunonem venit, et questus est, quod sibi cantum luscinae non tribuisset: hanc omnibus avibus esse admirationi, se autem derisui simulatque vocem emisisset.

Tunc ad eum consolandum ita dea locuta est: « Satis habeas te vincere lusciniam forma et magnitudine, cum in tuo collo fulgeat splendor smaragdi et caudam variis pennis ornatam explices ». « At scire velim, inquit pavo, cur mihi dederis mutam pulchritudinem, cum vincar cantu ». Cui Iuno respondit, iudicio fati datas esse animalibus partes, pavoni pulchritudinem, aquilae vires, luscinae cantum, augurium corvis, infausta omina cornibus, omnesque suis dotibus esse contentos ».

Ne adfectaveris quod tibi datum non est, ne spe deiectus frustra queraris.

(Cfr. Fedro, III, 18).

6.

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI ILIADIS

(PROPOSIZIONI FINALI, CONSECUTIVE ECC.)

Chryses, sacerdos Apollinis, in contionem Achaeorum venerat, ut filiam redimeret, sed ab Agamemnone contumelia affectus atque repulsus est. Quare sacerdos auxilium imploravit Apollinis, qui in Graecorum castra tam gravem pestem misit, ut homines catervatim morerentur. Itaque Achilles contionem habuit de avertenda calamitate, eoque hortante augur Calchas patefecit, deum iratum esse propter iniuriam, quam Agamemno sacerdoti intulisset, dixitque Chyseidem esse reddendam, ut Apollo placaretur, neque Graecorum exercitum perderet.

Tunc Agamemno, ardens ira, respondit se redditurum Chryseidem, sed Achilli Briseidem ablaturum. Ex quo tanta est orta contentio, ut Achilles post multa convicia a reliquis Graecis secesserit, atque bello se abstinere statuerit. Cum autem Agamemnonis legati venerunt, ut Briseidem educerent, per amicum Patroclum puellam invitam eis tradidit. Tum ad mare conversus Thetidem matrem hortatus est, ut sibi auxiliaretur.

Thetis autem, filium miserata, in caelum ascendit, et Iovem precata est, ut suum brevis aevi filium honore, Agamemnonem vero poena afficeret. Cui Iupiter capite annuit, quo tremefecit Olympum. Sed Iuno, quae verebatur ne divinus coniux faveret Troianis et Graecis daret calamitates, cum secretum colloquium animadvertisset, Iovem conviciis adorta est. Qui non minus asperis verbis respondit, eique minatus est se manus iniecturum, donec Vulcanus opportunam habuit orationem, et pocula ministravit, ut hilaritatem inter caelestes restitueret.

7.

CAESARIS ATQUE ARIOVISTI COLLOQUIUM

(USO DEL RIFLESSIVO, DISCORSO INDIRETTO ECC)

Ubi ad colloquium ventum est, Caesar sua et senatus beneficia in Ariovistum commemoravit, docuitque quam veteres causae amicitiae Romanis cum Aeduis intercederent. Populi Romani esse consuetudinem, ut velit socios et amicos non modo nihil sui amittere, sed etiam dignitate augeri. Postulavit igitur ne Aeduis neve eorum sociis bellum inferret; redderet obsides; si nullam partem suorum domum remittere posset, ne pateretur alios Germanos Rhenum transire.

Ariovistus respondit, se venisse rogatum a Gallis, sedes habere ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos, tributum se iure belli accipere. Omnes enim Galliae civitates ad se oppugnandum venisse, easque omnes uno proelio superatas. Amicitiam populi Romani sibi ornamento, non detrimento esse debere. Germanos se in Galliam traducere sui muniendi causa, non ut Galliam aggredereetur. Se in eam Galliae partem prius venisse quam Romanos. Quid sibi vellet Caesar? Cur in suas possessiones veniret? Se suspicari, Caesarem, simulata Aeduorum amicitia, exercitum habere in Gallia, ut sese (Ariovistum) opprimat. Quod nisi cum exercitu decedat, se illum non pro amico, sed pro hoste habiturum.

Ad haec Caesar multa disputavit, dicens neque suam neque populi Romani consuetudinem pati, ut optime merentes socios desereret, neque se iudicare Galliam esse magis Ariovisti quam populi Romani. Bello superatos esse a Romanis Allobroges et Arvernos et Rutenos, quibus ignovissent. Quamobrem, si praeteritum tempus, inquit Caesar, spectari oportet, iustissimum est in Gallia imperium populi Romani; si iudicium senatus servari oportet, libera debet esse Gallia, quam cum bello vicisset, liberam esse voluit. (Cfr. B. G. lib. I, 43 segg.).

8.

DE PHAEDRO

Phaedrus natus est in Pieria, Thraciae regione, et Romam fortasse venit puer condicione servili, sed ab Augusto liberatus est. In suorum enim librorum titulis libertus Augusti dicitur, et ipse testatur se puerum Enni versus legisse et rem meminisse, quae divo Augusto regnante facta sit. Versibus scribendis post Augusti mortem operam dedisse videtur, et Seiano displicuisse, a quo in tertii libri prologo, ad Eutychem, gravibus se affectum malis dicit, cum Seianus una et accusator fuerit et testis et iudex. Seianus videlicet primi et secundi libri laesus est fabulis, quae igitur editae sunt ante annum tricesimum primum post Christum natum, quo ille potentissimus praefectus praetorii iussu Tiberi interfectus est.

Primus Phaedrus apud Romanos concripsit fabulas, quarum quinque non integri exstant libri et appendix a Nicolao Perotti edita. Materiam Aesopi poeta ait senariis iambicis se expolivisse, sed facile intellegas multa eum sua posuisse, ut narratiunculas de Caesare ad atriensem et de marito, qui vana suspicione filium seque ipsum interfecerit. Multa praeterea Aesopi Phaedrus mutavit, in narrando simplex et brevis, in describendo vivax et nitidus, gratiae semper plenus et elegantiae atque in salibus urbanissimus. Ipse monet sibi proposuisse non ut singulos notaret, sed ut vitam et mores hominum ostenderet; quare si quis ad se rapiet quod erit commune omnium, stulte nudabit animi conscientiam.

Sed tanta est vis dicendi ac paene pingendi, ut per se ipsae animalium personae, ut lupo et agno, graculus superbus, vulpes ad personam tragicam, vulpes et uva, mons parturiens, ad res vel homines cuiusvis temporis facile transferantur.

DE CORNELIO NEPOTE

Cornelius Nepos natus est apud Padum (nam Padi acola dicitur a Plinio) in Gallia Cisalpina, anno circiter nonagesimo quarto ante Christum natum; et Romam mature venit, ubi familiariter usus est Catullo poëta, qui sua carmina ei dedicavit, et cum Varrone, cum Cicerone, cum T. Pomponio Attico in amicitia fuit: Attico superfuit, qui anno tricesimo altero post Christum natum diem supremum obiit.

Ex eius operibus maximum fuit quod *De viris illustribus* inscriptum est, sedecim fortasse librorum, quibus vitae virorum in administranda republica clarissimorum, regum et ducum, poëtarum et historicorum narrabantur et illustrabantur. Sed exstat tantum *liber de excellentibus ducibus exterarum gentium*, quo undeviginti vitae imperatorum Graecorum, una ducis Persarum Datamis, duae Carthaginiensium Hamilcaris atque Hannibalis continentur, cum tribus capitulis de regibus exteris in universum. Accedit ex libro *de latinis historicis* brevis narratio de vita Catonis Maioris, de quo plura alio libro exposuerat, et uberrima T. Pomponi Attici vita, quod est potissimum scriptum, quod Corneli Nepotis ad nos pervenerit.

Cornelius non est neque gravis neque acutus rerum gestarum auctor, sed vitas clarorum virorum hoc animo scripsit, ut optima atque pulcherrima exempla iuventuti imitanda proferret, quo genere Plutarcho viam munivit. Scribendi autem ratio parum varia, simplex tamen ac plana, cui verba interdum et locutiones vulgares irrepunt. Liber de excellentibus ducibus ab amanuense quodam, Aemilio Probo, descriptus atque subscriptus, Theodosio imperatori donatus est, eaque de causa Ae-

milio Probo in codicibus tribuitur; sed huius libri vitae nihil a Catonis atque Attici vitis neque genere dicendi neque ratione commendandae virtutis differunt.

10.

TEMI DA SVOLGERE E RELATIVA TRACCIA

1. De odio Hannibalis in Romanos (Cfr. Cornelio, Vita di Annibale, capitoli 1, 2, 8, 10).

2. Riprodurre in forma diretta i due discorsi di Divicone e di Cesare (De bello Gallico, lib. I, 13, e 14).

3. Lo stesso per il discorso di Cesare a Besançon (De bello Gallico, lib. I, 40).

4. De Gallorum factionibus (Cfr. De bello Gallico, libro VI, 11-15).

5. De moribus Germanorum (Cfr. De b. Gallico, lib. VI, 21-23).

6. P. Ovidi Nasonis vitam teste usus ipso poëta exponas (Cfr. Tristi, lib. IV, elegia 10^a).

7. De Eutropio eiusque Breviario ab urbe condita (Cfr. Primavera Romana, Vallecchi Ed., vol. II. p. 93 sg.).

8. De Tibulli vita eiusque elegiis ad vitam pertinentibus (Cfr. lib. I, elegie 3 e 7).

9. De Tibullo ac de vita campestri (Cfr. lib. I, 1 e lib. II, 1).

10. Vita Caesaris ab ortu usque ad primum triumviratum.

11. De Caesaris prima in Britanniam expeditione (Cfr. De b. Gallico, lib. IV, 22-36).

12. Quomodo Ovidius Metamorphoseon libris historiam generis humani adumbraverit.

11.

RES ITALICAE RECENTISSIMAE

VICTORIUS EMANUEL III. Augustus noster invictus Rex Imperator Victorius Emanuel III Neapoli a. d. III Idus Novembres anno MDCCCLXIX natus est. Iam a puero maxima fuit diligentia et alacritate, et optimis illius aetatis doctoribus usus est: namque historia, geographia, arte militari ab Osio chiliarcho, mathematica a centurione Morelli, lingua Italica ab Aloisio Morandi, Latina a Francisco Zambaldi est institutus. Progrediente autem aetate magis magisque in studia incubuit, amore litterarum a Matre, virtute militari a Patre imbutus et altus. Uxorem duxit anno MDCCCXCVI Helenam, pulcherrimam virginem de Montenigro, ex qua nati sunt Iolanda, Mafalda, Iohanna, Maria, Humbertus, Princeps heres Regni atque Imperi. Postquam Rex factus est, Victorius Emanuel III maxima cura Italorum prosperitati ac felicitati studuit, agriculturae publicisque operibus favit, artes et commercia prosperavit, populo in magnis terraemotuum calamitatibus praesens auxiliatus est. Omnibus autem hominibus semper disciplinae atque officii exemplum fuit praesertim in bello.

BELLUM LIBYCUM contra Turcas gestum est terra marique a mense Octobri anni MCMXI ad Octobrem anni MCMXII: mense Maio Rhodus aliaeque undecim insulae maris Aegaei occupatae sunt, quae dicuntur Dodecanne-sus; pax autem facta est Lausannae a. d. XV Calendas Novembres.

MAGNUM GENTIUM BELLUM a Calendis sextilibus anni MCMXIV ad d. III a. Idus Novembres anni MCMXVIII flagravit; sed Italia anno MCMXV mense Maio bellum iniit. Per quattuor annos exercitus nostri acerrime atque asperrime pugnaverunt; et cum post multas nostrorum victorias hostes aucti numero et armis in Italiam irrupis-

sent, Rex noster Victorius in conventu Piscariensi contra ducum sociorum sententiam Italiam ad Plavim flumen defendendam sustinuit, atque Italicis copiis se defensurum est pollicitus. Quod maxima virtute confectum est. Hostium enim exercitibus ad Plavim repulsis, nostri clarissimam victoriam ad Victorium Venetum consecuti sunt, qua omnes regiones citra Alpes liberatae atque in Italia bello finis impositus. Namque invidi socii noluerunt nos hostes profligatos ulterius insequi, et multo magis in colloquiis de pace nostrae victoriae obfuerunt.

MUSSOLINI ET RESTITUTI FASCES. Post magnum bellum Itali aegre tulerunt mutilatam suam esse victoriam, et parum a fuit quin communionum doctrinis allicerentur. Sed magnus exstitit titanus, Dux a Deo missus, Benitus Mussolini, qui Lictoriis Fascibus atque prisca Romanorum disciplina restituta, virtutis et Patriae amorem restituit, cives ex tumultu ad concordiam revocavit, pro contentione cooperationem classium suavit, rem publicam novis institutis ordinavit, exercitus opes et copias reintegravit et auxit, nostra fortiter iura adversus exterarum nationes defendit, Italiam, subacta Aethiopia, novo donavit imperio.

BELLUM CONTRA AETHIOPES, quod susceptum est adversantibus fere omnibus orbis terrarum nationibus, quae penuria ac fame Italiam opprimere conatae sunt, quod bellum rei militaris periti exterarum gentium non minus quam decem annis confici posse dicebant, constantia civium et virtute militum et ducum prudentia, consilio, audacia confectum est octo mensibus, nomen autem Imperatoris Aethiopiae sibi et successoribus suis ab Italiae Rege sumptum est.

RECENTISSIMA VOCABULA

- Abissinia, *Abissinia*, *ae*; *Aethiopia*, *ae*, *f*.
- Abuna, *Pater*; *Archiepiscopus*; *Abuna*, *ae*, *m*.
- Addis Abeba, *Addis Abeba*, *Addis Abebae*, *f*.
- aerodromo, *aërodromus*, *i, m*
- aeronauta, *aëronauta*, *ae*, *m*.
- aeronautica, *ars aëre navigandi o aëreae navigationis*.
- aeronave, *aëronavis o navis aërea*.
- aeroplano, *aëroplanum*, *i n.*; *velivolum*, *i*, *n*.
- Albania, *Albania*, *ae*, *f*.
- anarchico, *legum eversor*, *eversoris*, *m*.
- apparecchio fotografico, *machina fotografica*; app. radiofonico, *mach. radiophonica o apparatus radiophonicus*.
- appunti, *commentarii*; quaderno degli app., *commentarius, commentarium, commentariolum*; in bella *commentarii*, in brutta *adversaria* (*n. pl.*).
- armata, (di mare) *classis is, f.*; (di terra) *exercitus, us, m*.
- ascensore, *ascensorium*, *ii*, *n*.
- asmac, *ductor novissimi agminis*.
- Asmara, *Asmara*, *ae*, *f*.
- autobus, *autoraeda*, *ae*, *f*.
- automezzo, *plaustrum motorium*, *n*.
- automobile, *automobile*, *n.*; *currus motorius. m.*; *autocinetum*, *i*, *n.*; andar in automobile, *automobili ire o vehi*.
- autorimessa, *automobilium carceres*.
- avanguardista, *lictor primi agminis*.
- aviatore, *aviator, oris, m.*; *aërobates, is, m*.
- aviazione, *aviatio, onis*; *ars aviaria o ars aëre navigandi*.
- Balilla, *Balilla*, *ae*, *m.*; *lictorius puer o impubis*.
- bar, *taberna potoria, f.*; *potorium, thermopolium, n*.
- barambaras, *ductor turmae*.

- bazar, *pantopolium*, n.
 benzina, *benzina*, ae, f., *petroleum tenue*.
 bicicletta, *bicyclula*, *birota*, ae, f.
 biglietto, *tessera*, *scidula*, *tabella*, *codicillus*, bigl. di visita, *scidula salutatoria*; forare il bigl., *tesseram pertundere*; bigl. di banca, *charta nummaria*.
 blindato, *loricatus*, *cataphractus*.
 bollo, *nota*, ae, f.; *signum*, *sigillum*, n.
 bomba, *ignifer globus*; *pyrobolus*, i, m.
 buffet, *refectorium*; *thermopolii mensa*.
 cabina, *cella*, *cellula*; cab. telefonica, *cella telephonica*.
 caffè, *caffaeum* n.; *potio caffaea*; (luogo) *thermopolium*.
 caffettiere, *caffaeopola*, *thermopola*, ae, m.
 cagnasmasc, *ductor dextericornus*.
 calamaio, *atramentarium*, *calamorum theca*.
 calendario, *calendarium* n.
 cannone, *tormentum (bellicum)*.
 cantibà, *decurio*, *onis*, m.
 cantiere (terrestre), *structorum officina*.
 caporale, *duplicarius*, *decurio*, *onis*.
 carro armato, *currus armatus*.
 carta, *charta*; da gioco, *chartulae lusoriae*; geografica, *geographica tabula*; monetata, *charta nummaria*; da imballaggio, *emporetica charta*; Carta del Lavoro, *operae Lex*.
 cartella, (per libri ecc.) *capsa*, *capsula*, *scriptoria theca*, f. s.; *loculi*, m. plur.; (cedola) *chartula*; (del deb. pubblico) *syngrafa publica*, f. s.
 cartolaio, *chartopola*, *chartae institor*.
 cartolina postale, *chartula cursoria*; cart. vaglia, *cursoria chartula nummaria*; cart. illustrata, *chartula picta*.
 cascì, *sacerdos*, *otis*.
 caserma, *castra*, *castra stativa*, n. pl.
 cavaliere, (della Corona d'Italia) *eques Italicae coronae*, (di S. Maurizio) *Mauritianus eques*, (del Lavoro) *operum eques*.
 cavallo di Frisia, *ericus*, i, m.

- cerino, *cereus flammiferus, phosphorus*.
- chilometro, *chilometrum*, i. ciccà, *vici magister*; *optio, onis* (sottufficiale), m.
- cinese, *Sinensis, is*, m.
- colazione, (prima) *ientaculum*, (seconda) *prandium*.
- cinematografo, *cinematographum*.
- commissario, *curator, legatus*.
- club, *coetus, sodalicium*.
- comunismo, *communio, doctrina*.
- confettiere, *dulciarius*.
- cooperativa, *cooperatio*.
- copia, *exemplum, apographum*; (brutta) *manus minuta, adversaria* (n. pl.); (bella) *bona manus, commentarii*.
- corporazione, *artium collegium*.
- coscritto, *tiro, onis*; *novus miles*.
- darsena, *portus interior o intimus*.
- degiacc, *dux*.
- degiasmacc, *dux, portae praefectus*.
- deputato, *legatus, populi legatus*.
- dispensario, *medica taberna*.
- distaccamento, *milites ducti*.
- dolci, *dulcia, bellaria, cupedia, crustula* (biscotti, crostini), *pastilli* (pasticche).
- elettricità, energia elettrica, *vis electrica*.
- esame, (saggio) *periculum*, (votazione) *iudicium*; (di maturità) *periculum e iudicium maturitatis*.
- esaminatore, *iudex*.
- etichetta, *nota, titulus*.
- facoltà, (universitaria) *disciplina in Academia*; (di lettere) *litterarum disciplina*.
- fanfara, *tubicines*.
- Fascio, *Fascis, Lictoria contio, Lictorii sodales*.
- Fascismo, *Lictoria fides, Fascium regimen*; (Gran Consiglio) *magnum Fascium Consilium*.
- Fascista, *Lictorius sodalis, Lictor gregarius, Fascista*; (gioventù) *Lictoria pubes*; fascisticamente, *more Lictorum*.
- fascistizzare, *Fascium o Lictoria doctrina imbuere, disciplina instituere*.
- Federazione, *federata Fascium sodalicia, federatorum fascium collegia*.
- ferrovia, *ferrivia, via ferrata*.
- filovia, *filivia, filiraeda*.

- fitaurari, *comes, itis, m.*
 fotografia, *photographia.*
 francobollo, *pittacium, i, n.*
 gas, *gaz (n. indecl.); gas, gasis, m., gasium, i, n.; g.*
asfissiante, gas suffocans.
 gazzetta sportiva, *ephemeris gymnastica.*
 generalissimo, *imperator, summus militiae magister.*
 genio, (civile) *aediles; (militare) fabri exercitus; ars munitionum; (sold. del) faber munitor.*
 gerarca (fascista), *Lictorius antistes.*
 Giappone, *Iaponia, ae, f.*
 giapponese, *Iapo, onis, m.; Iaponicus, a, um.*
 giornale, *ephemeris, idis, f.; acta diurna, n. pl., commentarii diurni, m. pl.; giornale radio, nuntius radiophonicus; (letterario) litterarum acta; (di bordo) commentarii navarchi.*
 grammofono, *grammophonum.*
 ginnasio, *gymnasium, i.*
 hangar, *aëroplanorum carcer o carceres o receptaculum.*
 idrovolante, *hydrovolans, antis; hydroplanum, i.*
 incursione (aerea), *incursio aërea.*
 ingegnere, *architectus, machinator, ingeniator.*
 insolazione, *solis ictus (colpo di sole).*
 istituto, *institutum, collegium, schola, ephebeum.*
 intervista, *colloquium.*
 lampada elettrica, *lampas electrica.*
 lanciafiamma, *flammarum projector.*
 lapis, *lapis scriptorius; (nero) plumbum, stilus plumbeus.*
 lavoratore, *operarius.*
 lettera, *epistula, litterae; di credito, litterae nummariae; di cambio (cambiale), syngrapha.*
 lezione, *schola, acroasis, praeceptum; (da imparare) ediscenda, n. pl.*
 libretto, *libellus; (di appunti) pugillares m. pl., memorialis libellus.*
 lira, *libra, libella (liretta).*
 Littoriali, *Lictorialia, Lictorialia certamina, ludi Lictorii o Lictoriales.*
 Littorio, *Lictorius; casa del Littorio, Lictoria domus.*
 locomotiva, *machina vectrix.*
 luce elettrica, *lux electrica.*
 macchina, *machina; (da scrivere) machina scrip-*

- toria*; (fotografica) *photographica*.
 maomettano, *Macometanus*, *a, um*.
 maresciallo, *optio, onis, m.*; (d'esercito) *militiae summus magister*.
 marxismo, *Marxii doctrina*.
 megafono, *megaphonum*.
 merenda, *merenda*.
 microfono, *microphonum*.
 Milizia V. S. N., *Militia voluntaria servandae nationis*.
 mina, *cuniculus* (galleria).
 miniera, *fodina, ae*; *metal- la, n. pl.*
 Ministero, *administratio*; (dell'Educazione Nazionale) *administratio studiorum*.
 Ministro, *administer*; (dell'Educazione) *moderator studiorum*; (della Marina) *procurator rerum nauticarum*.
 minuto, *minutum, i*.
 mitragliatrice, *mydrobolum, i, n.*
 mitragliere, *mydrobolarius*.
 mortaio, *mortarium*.
 motocicletta, *motobirota, bicyclula motoria*.
 motonave, *motoria navis*.
 motorizzare, *rhedis motoriiis instruere*.
 municipio, *municipium*.
 nafta, *naphta, ae*.
 obbligazione, *obligatio, nexum*; (di banca, cambiale) *syngrapha*.
 occhiali, *perspicilla, n. pl.*
 ombrello, *umbella, ae, f.*; *umbraculum i, n.*
 omnibus, *omnium raeda*.
 onde corte, *breviores undae*.
 onorificenza, *honoris insigne*.
 Opera Balilla, *Balillarum Institutum*.
 orologio, *horologium*.
 paesaggio, *facies loci*.
 pagella, *pagella*.
 palestra, *palaestra*.
 palla, *pila*.
 pallone, *foot-ball, follis*.
 panorama, *prospectus*.
 Papa, *Pontifex Maximus, Papa, ae*.
 paracadute, *retardator*.
 parafulmine, *fulminum aversor*.
 parlamento, *populi o nationis conventio*.
 penna, *calamus*; (stilografica) *stilographium, stilographus*.
 petrolio, *petroleum*.
 piano (di casa), *contignatio, contabulatio, onis; tabulatum, i*.

- piazza, *platia, forum*; (delle erbe) *forum olitorium*; (forte) *oppidum*.
 picchetto, *militum manipulus*; picchetto di guardia, *excubiae*.
 pilota aviatore, *aëroplaniga*.
 pioniere, *praeco, onis*; *praecursor, praenuntius*.
 pistola, *ballista pugillaris, sclopetum pugillare*.
 pizzicagnolo, *salsamentarius, salarius*; (bottega) *taberna salsamentaria*.
 plagio, *scriptorum furtum, plagium*.
 platino, *platinum, aurum album*.
 plotone, *manipulus*.
 pneumatici, *pneumatica* n. pl.
 podestà, *praetor, urbi praefectus*.
 Politecnico, *artium schola*.
 politica, *rei publicae administratio, rei publ. administrandae ratio, publica negotia, prudentia civilis*.
 polizia, *urbis custodia, civilis o publica disciplina*.
 ponce, *calida potio*.
 posta, *publicus cursus, (aerea) aëreus cursus*.
 Predappio, *Praedium Appi, Praedappium*.
 Predappio Nuova, *Praedappium Novum*.
 preside, *praeses, rector*.
 proclama, *edictum*.
 professore, *magister, doctor, professor, qui profitetur*.
 profilo, *adumbratio, imago obliqua*; (letterario) *imago*.
 profumeria, *myropolium*.
 programma, *ratio, onis; institutum, propositum*; (di governo) *edictum*; (di spettacolo) *libellus, titulus*; (scolastico) *scholae proposita et instituta, proposita et instituta ad docendum o ad discendum* (per gli alunni).
 prosa, *oratio, oratio soluta*.
 provveditore (agli studi), *studiorum regius provisor*.
 Prussia, *Borussia*.
 Prussiano, *Borussus, (agg.) Borussicus*.
 quaderno: v. appunti.
 racchetta, *reticulum*.
 radio, (stazione) *statio radiophonica, (trasmittente) statio emittens, f., missor, m., (ricevente) statio recipiens*; trasmettere per radio, *radiare*; udire alla radio, *radiophonice audire*.

- radiogramma, *radiogramma*,
Marconigramma, *atis* n.
 radiotelegramma, *radiotele-*
gramma, *atis*.
 radiotelegrafia, *radiotelegra-*
phia, *ae*.
 ragioneria, *rationes* (calco-
 li), *rationum scientia*.
 ragioniere, *computator*, *ra-*
tiocinator.
 ras, *princeps*, *dux*.
 reagente, *contraria vis*.
 reggimento, *regimentum*; *le-*
gio, *onis*.
 residente (coloniale), *procu-*
rator.
 rettorato, (carica) *rectoris*
munus, (sede) *rectoris se-*
des.
 ricevitore, (esattore) *exactor*,
tributorum coactor; (tele-
 fonico) *receptor*.
 riflettore, *reflector*, *lucis re-*
percussor.
 ristorante, *caupona*; risto-
 rante di lusso, *caupona*
elegantior.
 rivista, *recensio*; (navale) *na-*
valis decursio; (publica-
 zione) *ephemeris*.
 salati, *succidia*, *ae*; *salsa*,
orum.
 salotto, *exedrium*, *zotheca*.
 saluto al Re, *salutate Re-*
gem: vivat Rex; saluto al
- Duce, *salutate Ducem: no-*
bis!
 Savoia, *Sabaudia*.
 scaffale, *pluteus*, *loculamen-*
tum.
 scaldabagno, *balnei calda-*
rium.
 scartamento, *intervallum*.
 scialecà, *chiliarchus*.
 sciare, *per glaciem* o *per ni-*
vem decurrere, *labi*.
 scolaro, *scholasticus*, *disci-*
pulus, *auditor*, *alumnus*.
 scossa, (terremoto) *concus-*
sio; scossa elettrica, *ictus*
electricus.
 scrivania, *mensa scriptoria*.
 scuola, *schola*, *ludus*, *ludus*
litterarius (scuola elem.).
 semaforo, *semaphorus*, *index*
 (indicatore).
 sergente, *suboptio*, *onis*, m.
 sigaretta, *cigarrula*, *hispani-*
ca (spagnoletta), *macedo-*
nica (macedonia).
 signorina, *dominula*, *domi-*
nilla, *domnilla*.
 sofà, *lectulus*.
 sommergibile, *submergibilis*
navis, *navis subaquea* o
submarina.
 sovietici, *Sarmaticorum com-*
munistarum concilia.
 spilla, *fibula*, *spinula*.
 sportivo, *exercitationum stu-*

- diosus*; campo sportivo, *exercitationum campus*; far esercizi sportivi, *corpus exercere*.
- squadriglia, *classicula*.
- stampa, *ars typographica*, *typus*, *prelum* (torchio) *typographicum*; stampa quotidiana, *acta diurna*, *ephemerides*.
- stampare, *imprimere*, *edere* (pubblicare).
- standardizzare, *per typos* oppure *ad exemplum conficere*.
- Stato, *res publica*, *civitas*; (potere esecutivo) *imperium*; Capo dello Stato, *Dux*; stato maggiore, *primores exercitus*.
- stazione, *statio*, *onis*: *st. ferroviariae*, *viatorum*, *mercium*, *maritima*.
- sterlina, *libra britannica*.
- stratosfera, *stratosphaera*.
- strenna, *strena*.
- supplente, *vicarius*, *suffectus*.
- veglia, *suscitaculum*, *hologium excitatorium* o *expergificum*.
- tabaccaio, *tabaci venditor* o *institor*.
- tabaccheria, *tabaci taberna*.
- tabacco, *tabacum*, *i*.
- taccuino, *libellus*, *commentarius*.
- tamburino, chi suona il tamburo (*tympanum*), *tympanista*.
- tank, *currus cataphractus*, *testudo ballistaria*, *currus armatus*.
- Tana (lago), *Tana*, *ae*, *m*.
- tavolino da scrivere, *mensula scriptoria*.
- taxi, *taxorium vehiculum*, *automobile publicum*.
- tè, *thea*, *potio sinensis*.
- teleferica, *via telepherica*, *aërea transmissio*.
- telefonare, *teleloqui*.
- telefonista, *ministra* (o *famula*) *telephonica*, *minister telephonicus*.
- telefono, *telephorum* e *telephonium*.
- telegrafare, *telescribere*, *scribere per telegraphum*.
- telegraficamente, *telegraphice*.
- telegrafo, *telegraphus*, *i*.
- telegramma, *telegramma*, *atis*, *n*.
- tema, *thema*, *atis*, *n*.; *pensum* (compito); *argumentum* (contenuto), *propositum*.
- tenente, *subcenturio maior*;

- sottoten., *subcenturio minor, dux manipuli*.
- tennis, *paganica* (pila); *paganica ludere*, giocare al tennis.
- termometro, *thermometrum*.
- termosifone, *thermosiphon, onis, m.*; *hypocaustum, i. n.*
- tesi, *thesis, quaestio*; tesi di laurea, *quaestio ad lauream consequendam*.
- tipografia, *typographia, officina typographica* o *libreria*.
- tiro a segno, *telorum iactus*.
- toiletta, *cultus corporis, mundus muliebris* (vesti ed oggetti di toilette femminile); far toilette, *ornari, corpus curare*.
- totalizzatore, *praemiorum distributor, sponsionum diribitorium*.
- tradotta, *tractus militaris*.
- traforo, *cuniculus*.
- tram, *thaha, ae*; andare in tram, *traha ire*.
- tramviere, *trahae ductor*.
- transatlantico, *navis oceanica*.
- treno, *tractus, us*; treno viaggiatori, *viatorum tractus*; tr. merci, *mercium tractus*; diretto, *citatus tractus*; rapido, *tractus citatissimus* o *celerrimus*.
- ufficiale (nome), *ordinum ductor, centurio, praefectus*; uff. superiore *imperia*, n. pl.; sottufficiale, *optio, onis, f., centuriae instructor*.
- uniforme, (sost., divisa) *vestitus*; alta unif., *militaris ornatus*; in alta uniforme, *insignibus fulgens*; in bassa unif., *cotidiano vestitu*.
- università, *academia, universitas studiorum*; città universitaria, *urbs studiorum*.
- usciera, *hostiarius* (giudiziario) *apparitor*; per mano di usciera, *apparitoris vadimonio*.
- vacanza, (di scuola) *scholae vacatio*, (estiva) *feriae aestivae*.
- vagone, *currus*; vagone ristorante, *currus cenatorius*; vagone letto, *carruca dormitoria*; vagone merci, *carrus mercium*.
- valigia, *pera, mantica, vidulus*; val. diplomatica, *diplomatica vehiculatio*; far le valigie, *vasa colligere*.
- valvola, *valva, capsula*; valvola di sicurezza, *clipeus cautionis*; valvola della ra-

- dio, *lampas* o *fistula radio-*
phonica.
 vanga, *rutrum*, *pala*.
 veglione, *pervigilium*.
 velodromo, *velodromus*, *cy-*
clodromus.
 Vicerè, *Regis vicarius*.
 visita, *salutatio*; far visita,
visere.
 viva, *vivat* o *vivant*, *io! bene*
 (col. dat. o con l'acc.).
- vivandiere, *lixa*, *ae*, m.
 volontario, *voluntarius*; *vo-*
lo, *onis*, m.
 zanzariera, *conopeum* o *co-*
nopium, *reticulum*.
 zappatore, *fossor*, *faber*, *cu-*
nicularius (minatore).
 zavorra, *saburra*.
 Zeppelin, (dirigibile) *Zeppe-*
linium, *i*, n.

INDICE

Prefazione pag. 5

Parte I. Dialoghi e discussioni per il primo e il secondo anno di latino (Morfologia).

| | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------|---|----|
| 1. Il primo giorno di latino (Somiglianze fra il latino e l'italiano) | » | 9 |
| 2. Una passeggiata in bicicletta (Prima e seconda declinazione) | » | 11 |
| 3. In una villa (Terza declinazione) | » | 12 |
| 4. In riva a un lago (Quarta e quinta declinazione, gradi degli aggettivi) | » | 15 |
| 5. Visita ad una galleria (Pronomi e v. sum.) | » | 16 |
| 6. Ancora visita ad una galleria (Lo stesso) | » | 18 |
| 7. Domande e risposte sulla funzione dei casi | » | 20 |
| 8. Incontro con uno straniero (Coniugazioni regolari attive) | » | 22 |
| 9. Un po' di grammatica (Coniugazioni passive) | » | 24 |
| 10. Ancora un po' di grammatica (Verbi deponenti) | » | 26 |
| 11. Visita di un piccolo ad un grande (Forme fondamentali del verbo) | » | 28 |
| 12. Un picknick (Verbi anomali) | » | 31 |
| 13. Uno scolaro cinese (Verbi difettivi) | » | 34 |
| 14. Domande e risposte sugli avverbi e le preposizioni | » | 37 |
| 15. Lo stesso sulle coniugazioni e le interiezioni | » | 40 |

Parte II. Dialoghi e discussioni per il terzo anno di latino (Sintassi semplice)

| | | |
|-------------------------------------------------------------------------|---|----|
| 16. Una visita inaspettata (Concordanze e uso del nominativo) | » | 45 |
| 17. Ragazzi all'aperto (Uso dell'accusativo) | » | 47 |

| | | |
|-------------------------------------------------------|---|-----|
| 18. De bello Helvetiorum (Ancora uso dell'accusativo) | » | 50 |
| 19. Un cane senza padrone (Uso del genitivo) | » | 52 |
| 20. Tra madre e figlia (Uso del dativo) | » | 54. |
| 21. Vita e scuola (Uso dell'ablativo) | » | 57 |
| 22. All'aeroporto (Costruzione dei nomi di città) | » | 60 |

Parte III. *Argumenta et experimenta per il secondo, terzo e quarto anno di latino.*

| | | |
|-----------------------------------------------------------------------------------|---|----|
| 1. Del comporre in latino | » | 67 |
| 2. Esercizi preliminari | » | 68 |
| 3. De lupi et agni fabula | » | 69 |
| 4. Il cervo alla fonte (Proposizioni secondarie in generale) | » | 69 |
| 5. Il pavone e Giunone (Modi del verbo e uso dell'infinito) | » | 70 |
| 6. Argumentum libri primi Iliadis (Proposizioni finali, consecutive, ecc.) | » | 70 |
| 7. Caesaris atque Ariovisti colloquium (Uso del riflessivo, discorso indir. ecc.) | » | 71 |
| 8. De Phaedro | » | 72 |
| 9. De Cornelio Nepote | » | 73 |
| 10. Temi da svolgere e relativa traccia | » | 74 |
| 11. Res Italicae recentissimae | » | 75 |

Appendice

| | | |
|-----------------------|---|----|
| Recentissima vocabula | » | 79 |
|-----------------------|---|----|

*FINITO DI STAMPARE
IL 14 NOVEMBRE 1938-XVII
CON I TIPI DI "A.G.I.R." ROMA
Via Germanico, 162-a - telef. 35-046*



Prezzo Lit.

ALERIA
NESI
ATT: 175